Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Quanta audiuimus hoc pertinet ad apostolos; et cognouimus ea. a patriarchis et prophetis, patres suos. mor sendicit et alios prophetas. quid ed dni aduentu multa locuti sunt ⁊

Narrare quippe facta dni. laudasse est eius opera dum narrantur; gloria semp augetur, Virtutes liberationes dicit. quas fecit in populo cum eos de faraone liberauit, mirabilia. quod eos in deserto manna cibus pauit ⁊

Versus iste significat per generationes hominum fuisse mandata di transmissa. nequis putaret uni datum. qd omnibus est concessum ⁊ Altera hic generatio. extraneas gentes significat non propinquos ⁊

Ammonet hic. ut posteri eorum spem suam non ponant in legem quae punit. sed in gratiam concessam quae liberat, et non obliuiscantur sicut fecerunt perfidi iudei. sed mandata eius exquirant. xpiani ⁊

Quanta audiuimus & cognouimus ea. & patres nostri narrauerunt nobis ⁊ Non sunt occultata a filiis eorum. in generatione altera ⁊ narrantes laudes dni & uirtutes eius. & mirabilia eique fecit ⁊ Et suscitauit testimonium in iacob. & legem posuit in israhel ⁊ Quanta mandauit patribus nostris nota facere ea filiis suis. ut cognoscat generatio altera ⁊ Filii qui nascentur & exsurgent. & narrabunt filiis suis ⁊ Vt ponant in deo spem suam. & non obliuiscantur operum dei. & mandata eius exquirant ⁊ Ne fiant sicut patres

Non sunt occultata. id est a spiritualibus filiis. qui eorum imitatores fuerunt, alteram generationem. non ebraeorum sed gentium significat congregationem ⁊

Suscitatum est testimonium in iacob. quando cum angelo conluctans tactus uno femore claudicauit. significans israhelificum populum parum fidei firmitate constare. parum a sua salute discedere, posu it legem in israhel. ut eos deuotos esse suo dno commoneret. hoc est quod superius dicit ⁊ Aperiam in parabolis ⁊

Filii xpiani sunt. qui praedicationes sacas. ad animarum salutem conferendam. suis posteris tradiderunt ⁊

Hic notatur perfidia iudaeorum. quimurmurabant semper in deserto contra dnm. praua dicta quia uerificatem rea